# ANGLIÆ FLAGELLUM

Seu

# *Tabes Anglica.*

*Numeris omnibus instructa.*

Ubi omnia quæ ad ejus tum cognitionem cum curationem pertinent dilucidè aperiuntur.

---

Authore *Theophilo de Garencieres D. Medico*

---

Excudit *T. W. pro Richardo Whitaker* 1647.


MVSEVM
BRITAN
NICVM



# Generoso juxta ac erudito viro. Nathanieli Crew.

[illegible] καὶ χαίρειν.

*QVod bonis benefit haud perit (vir clarissime) Ea lege cautum est ne mihi liceat humanitatis tuæ oblivisci, eadem jubet ut quem in hoc opusculo*

hortatorem, eundem habeam in evulgando tutelare numen. A fontibus rivuli, a rivulis fluvii ad oceanum confluunt, qui primum fontibus ortum dedit. Rivulus hic accersitus & ductus à te tanquam à capite, laticem suum agnoscit, solvit clientelam, & quam maximè potest adorat generositatem tuam principum æmulam, virtutem Hero-

um

*um. Exile fateor munus, attamen non prorſus indignum quod tibi nuncupetur, ſi enim par tibi quæſiiſſem non habebam, ſi maximè conveniens iſtud erat, cum huiuſce diſquiſitionis veritatem altâ tuâ doctrinâ noveris, & eam funeſtâ quorundam amicorum iacturâ comprobaveris, Ita ut non malè cum Aeneâ poſsis exclamare.*

Aeneid

Æneid. 2.

Quæq; ipse miserrima vidi
Et quorum pars magna fui.

*Hoc præterea exigit à me nominis tui splendor, meretur in omnes explicata humanitas & privatim ad id me adigit tua benevolentia eo me nexu Gordiano obstringens cuius mors sola futura sit.* Alexander *Vt Vt (sit vir clarissime)*

*clarissime) donarium hoc tholis tuis appensum quæso ne refigas, erit tibi in obsequii mei testimonium, & in fidem quod maioribus titulis nitar si quos unquam liceat per ætatem & fortunam adipisci. Vale.*


Tibi devinctissimus.

Theophil. de Garencieres.



# Ad Celeberrimum doctissimumq; virum Dominum D. Theodorum de Mayerne equitem auratum Baronem ab Aubonne Serenissimi Magnæ Britanniæ regis Archiatrum in tabem Anglicam

*Præfatio.*



*Nconsulto (me judice) Romani cæteris morbis neglectis soli Febri templum erexerant (Vir clarissime) Etsi enim plerique morborum ea veluti naturali satellitio stipati prodeant, multi*

*multi tamen absque ejus ope sæviunt, & aliquid febre crudelius nonnunquam humana miseria persentiscit. Exemplo sunt Apoplexia, Epilepsia, Lethargus, Syncope, Paralisis, cæteriq; id genus, quibus seu natura soli, seu infensum Britāniæ fatum tabem suam annumeravit. Mirū profecto & observatione dignum tot homines hic in Anglia eo morbo perire qui cæteris regionibus vix tamen innotescat: animadvertat quispiam eorum catalogum qui singulis lunæ quadris* Lōdini *fatis*

*tis cedunt vix minus quam quinquaginta, numerabit. Constans illa pereuntium seges me primumquidem in admirationem rapuit, admiratio in disquisitionem, disquisitio in veritatis cognitionem quæ tandem suasit ut in hanc arenam descenderem, & pro virili hostis tam infensi naturam describerem, & cum curationem ægre admittat, præcautiones saltem darem quibus in posterum possit excludi, neque enim alicui præterea morbo aptius quadrat illud Poetæ.*

*Ægrius ejicitur quam non admittitur hospes. Humeros meos Impares oneri esse non abnuo, verum cum præterea nemo illud aggressus sit, Visum est palæstram ingredi, opitulātem manum grassanti perniciei admovere, & quæ tum ratione tum medendi usu observavi in medium adducere. Nemini non notum est sua cuique regioni esse commoda suos morbos, qui & cæteris regionibus vix noti sint, & a nativa sede fere nunquam exulent. Ea causa summos ætatis cujusque medicos ad*

*scri-*

*ſcribendum maxime impulit, utpote qui nova quotidie morborum diſcrimina tum regionum differentia cum naturæ viciſſitudine orta deprehenderent quibus primi hujus artis antiſtites non ſatisfeciſſent. Nemo igitur mihi jure ſuccenſebit ſi præſtantiorum medicorum veſtigiis inhæream qui ſemper in id ſua ſtudia contulerunt quod & reipublicæ eſſet emolumento & ſibi gloriæ nunquam intermorituræ. Tibi autem (vir ſpectatiſſime) cum fama tua, & medendi*

*peri-*

*peritia tota Europa disseminatæ sint) opusculum hoc libenti animo subjicio, habe me æquo animo quæso de te bene mereri cupientem, si quid in eo sit quod cum sensu tuo minime congruat totum opus si libuerit una litura dele, supplicium illud non ingratum pœnam non insuavem mihi fore tibi polliceor, quin imo apud me beneficii vicem explebit; hoc enim uno opus hoc gratum esse volo; quo tibi illud acceptum esse sentiam. Cæterum ne quid intactum relinquerem, visum*

*ſum eſt omnes tabis ſpecies obiter perſequi, in quibus tamen ne male recoctam cramben faſtidientium oculis videar apponere, quæ ab aliis authoribus fuſius dicta ſunt, perfunctiore ſolum perſtringam, totus ero in explicanda tabis anglicæ natura, cauſis, ſignis, & curatione, quæ velim in publicū cedant commodum & in æternum meæ erga te obſervantiæ monimentum.*

*Vale.*

De



# In Authoris Amicissimi Tabem Anglicam.

*Mortem remotam, tardaque funera*
*Indulta vidit munere Coelitum*
*Ortus, Britannis: Insidias ferox*
*Struxit nocentes; corpora tum phtisis*
*Aggressa, lethi corripuit gradum.*
*Morbi latentis semina non prius*
*Noscebat Anglus, quam lue perfida*
*Correptus auram redderet ultimam.*
*Sed tu saluti consulis Angliæ;*
*Sermone culto principium docens*
*Tabis; refersque hic, quo medicamine*
*Pectus solutum perniciem exuat.*
*Mors pallet, & jam conqueritur sibi*
*Messes ademptas, consiliis tuis.*
*Tabem Britannus non timet amplius*
*Gallumque gratus solvit Apollini,*
*Gallo tibi autem se vovet integrum.*

P. Massonnet. D. Med.



# De tabe in genere eiusque variis Speciebus.

## Cap. I.

HÆC duo vocabula Phtisis & tabes promiscuè solent ab authoribus usurpari, cũ tamen illud discrimen intersit, quod inter genus & speciem, inter causam & effectum, φθίσις enim ἀπὸ τῦ φθίνειν

φθίσιν corruptionem significat quam tabes seu liquefactio. velut umbra corpus, sequitur, non parum etiam hallucinantur qui tabem cum atrophia confundunt, hæc enim illius est soboles, nec prius fit error in nutritione, quam princeps aliqua pars pereat liquefactione. Quapropter concedimus quatuor Phtisis species apud Hippocratem & Galenũ posse reperiri, tabis vero unicam, cum tabes sit solũmodo effectus Phtisis. Verũ ne nova distinctio vocũ lectori

lectori negotium facesse-
ret, placuit etiam cum an-
tiquis hæc duo vocabula
indiſcriminatim uſurpare
Prima præcipuaque phti-
ſis ſpecies, ab athenienſi-
bus φθόη nuncupatur, eſt q;
pulmonis exulceratio à
qua ſenſim univerſũ cor-
pus tabeſcit, hujus permul-
tæ poſſunt eſſe cauſæ, duæ
tamen ſunt præcipuæ &
frequentiſſimæ; Sputum
ſanguinis repreſſum nec
expurgatum vel etiam pu-
ris ut ſit aliquando in ab-
ſceſſibus thoracis; & di-
ſtillatio pituitæ ſalsæ à
cerebro

cerebro. Duo perpetua comitantur ſymptomata, febris lenta, quotidiana, & putris, noctu quam interdiu, poſt paſtum magis quam ante invaleſcens, à putredine humoris, aut ſubſtantiæ pulmonis orta, unde calor ob viciniam cordi, hinc arteriarum beneficio toti corpori communicatur: & liquefactio, extenuatioq; totius corporis a febre humidum primigenitum depaſcente, quo deperdito calor nativus cujus baſis erat & ſpiritus ὅθεν τὸ πῦρ συνίστη

τὸ

τὸ ὅλον εἰς τὸ ὅλον simul evanescunt: tum etiam ob sudores & humidiores dejectiones ab eadem febre ortas. Ad hanc præcipuè Phtisim pertinet facies illa Hippocratica *li.* 1. *prog.* 8. depicta, & cætera quæ passim in Aphorismis de Phtisi prædicantur, & quæ cum nostri non sint instituti, & fusè ab authoribus explicata sint prætermittemus.

Secunda phtisis species vocatur renalis reperiturque apud Galenum *lib.*

de morbis Internis. Quemadmodum autem affectus hic ratus est, ita de eo pauca authores litteris prodiderunt. Fit autem sæpius a frigido tumore in renibus orto qui tandē ad suppurationem perductus totam substantiam renis in pus vertit, unde paucos intra dies æger contabescit. Hujus rei exemplum habet *Joannes Bauhinus*, de quodam qui cum novem circiter menses sinistri renis affectu laborasset tandem contabuit, cui post mortem aperto

Inventus

Inventus eſt ren omnino conſumptus & in pus mutatus. Simile quid duobus abhinc annis obſervavi in Domino de la Tour, in nupero illo regni comitiorũ exercitu, equeſtris cohortis duce, ab exercitu enim rediens de maximo lumborum dolore conqueſtus eſt, qui aliquando etiam ad thoracem uſque & diaphragma ſe extendebat, Plurimi & melioris notæ medici collicum dolorem eſſe Judicaverunt, præſcriptæ ſunt fomentationes, embrocatio-

nes

ones, clysteres, Inunctiones, purgationes, deniquè quidquid vel medentum peritia, vel officinarū supellex, suggerere potuit. Cum autem se hoc modo nihil proficere viderent & nihilominus dolor fixus maneret, calculum esse rati (cum tamen nulla unquam calculi rudimenta neque in se neque in proavis deprehendisset) ad lapidem Judaicum & reliqua λιθοντριπτικὰ se convertunt, donec dolore invalescente, viribusque sensim deficientibus, hominem

minem, pro desperato re-
linquunt. Accersitus vi-
denique urinas purulentas,
in quibus nigrum quod-
dam subsidebat instar
scoriarum, & alvum ni-
hil liberè reddentem, sta-
tim tabem renalem esse
judicavi, & præcipuè cum
ipse nullam aliam tanti
mali causam suspicari se
posse diceret quam quod
sæpius & in delitijs habu-
isset, hic & in India occi-
dentali ubi aliquando de-
gerat, fusus per herbam
humi dormire, unde veri-
tati consentaneum est, tu-

mores frigidos in renibus ortos fuisse, qui tandem suppurati, prodigiosam illam nigrorum sedimentorum copiam reddiderunt, donec tandem levi quadam febriculâ adortâ quæ à pastu more hecticarum invalescebat è medio sublatus est. Præter supradicta symptomata, mingendi etiam difficultate tenebatur; & somnum nisi sedens capere non poterat, quæ omnia cum iis signis quæ ab authoribus ei morbo assignantur congruere, quis

 veritatis

veritatis amans inficiabitur. Verum fatendum est affectus raros qualis hic est peritioribus etiam medicis imponere posse, cum colicus dolor, & calculi suspicio ipsi tam cognata sint. Fatendum præterea est, affectum hunc dum ad suppurationem pervenit esse immedicabilem nisi forte quis *Petri Bayeri* extremum remedium sequi velit qui in fæminâ tali renum, tumore laborante sectione profunda usus per totum Mirach, incisoque panniculo magnam

puris copiam reperit quâ paulatim evacuatâ, summâque diligentiâ adhibitâ, ægra convaluit.

Tertia Phtisis species vocatur dorsalis ejusque meminit *Hippocrates lib. 2. de Morbis* his verbis. *Dorsalis Tabes*, inquit, ex spinali medulla oritur, præcipuè vero recenter spõsos & libidinosos corripit, febris sunt expertes, bene comedunt, & colliquantur. Quod si ita affectum percunteris asseret sibi videri ex superioribus partibus à capite velut

formicas in ſpinam demitti, cúmque urinam aut ſtercus reddit, ſemen genitale copioſum & liquidum ei prodit, neque generatio fit, & inter dormiendum, cum uxore dormiat nec nè, *Veneris* ludibria patitur, cumque alias tum præcipuè, ſi per locum arduum iter fecerit aut cucurrerit, anheloſus & imbecillus evadit, caput gravatur, & aures ſonant; hic temporis progreſſu vehementibus febribus correptus perit ex lypiria febre. Hæc *Hippocrates*. Ea

tabes

tabes perinde ac ſuperior rara eſt, non tamen ita cognitu difficilis, à nullâ autem fermè cauſâ originem habet, præterquam vel ab intemperatâ, vel ab intẽpeſtivâ ſeminis emiſſione. Intemperatam ſeminis emiſſionem voco eam quæ frequentior eſt & quæ accidit ſalacibus & iis qui recentes matrimonii capiſtro os præbuerunt, unde à quibuſdam recens nuptorum Phtiſis appellata eſt: hanc olim fuiſſe cauſam ſuſpicari licet, cur Iſraelitæ primo nuptiarum

nuptiarum anno à bello arcebantur, non ut liberius liberis operam darent (ut vulgo creditur) sed ne fracti & elũbes ad eam artẽ accederent quæ sublimem animum & vires firmas expostulat, quarum rerum defectu in pondus inutile potius quam in adminiculum cessissent. Intemperata etiam est ea seminis emissio quæ seu voluntariè per attrectationem procuratur, seu involuntariè ex defectu retentricis facultatis accidit ut fit in Gonorrhæa: per primam

 vidi

vidi puerum ſexdecim annorum prorſus contabuiſſe, & podagra in ſingulis fere articulis laboraſſe. Per ſecundam novi quandam mulierem, quæ adhuc in vivis eſt, nec procul ab hoſpitio meo diverſatur, quæ cum tribus abhinc annis Gonorrhæa ſimplici laboraret, eâ neglectâ tantam ſeminis jacturam intra annum paſſa eſt, ut quæ prius erectæ ac firmæ ſtaturæ erat, luxatis vertebris non ſolum gibboſa facta eſt, verum etiam in tantam κύϐωσιν incidit ut

mentum

mentum umbilico (ſtupendum dictu !) ferme inſideat : vicinis interea illud pro miraculo habentibus. Intempeſtiva ſeminis emiſſio dicitur ea quæ fit poſt aliam inſignem evacuationem puta ſanguinis, ſudoris, ſpirituum, &c. Vel quæ fit ſtomacho repleto, nec cibo aliquo digeſto. Antoninus refert quendam ex ſibi familiaribus intra unius anni ſpacium prorſus contabuiſſe, nullâ aliâ de cauſâ quam quod ſolitus eſſet ſtatim à prandio uxorem ſuam

comprimere

comprimere, verum, quomodo id fieri possit, nec extra rem, nec Philosopho indignum esse indagare, arbitramur. Hippocrates hujus morbi causam hanc esse proculdubio statuit quod è cerebro per spinalem medullam semen ad genitalia membra decurrat ut colligere est *lib. de aere, aq. & loc.* & *lib. de genitura, & natura pueri*: verum pace tanti viri hæc opinio multas contrarietates recipit quas hic apaponere non est operæ pretium, nostram solummodo

modo sententiam perspicacioribus oculis subjiciemus.

Sciendum autem in primis est; renes non solum peculiari vi serosum humorem per vasa emulgentia à massâ sanguineâ attrahere (ut vulgo creditur) sed etiam semen ad generandū præparare, quod etiam, si παράδοξον primo intuitu videri possit, plurimis tamen rationibus facile stabiliri potest. *Ps.* 7. *ver.* 11. *Ps.* 26. *ver.* 2. *Iere. cap.* 11. *ver.* 20. *cap.* 17. *ver.* 10. *cap.* 20. *ver.* 12.

12. *Apocal. cap.* 2. *ver.* 23.
Miſſis autem iis & penè infinitis aliis locis quæ renes libidinis fomitem eſſe ſtatuunt, prætermiſſo etiam varrone qui ut Iſidorus *lib.* 11. *orig.* habet, renes ſic dictos exiſtimavit quod rivi ab his obſcæni humoris ſcaturiant, & lumbos ob libidinis laſciviam, quattuor præcipuè rationibus innitemur. Prima eſt quod renes peculiari parenchymate ut reliqua viſcera, eoque à cordis ſubſtantiâ (ſecundum Galenum) non multum

multum abludente prædi-
ti ſunt, quamobrem non videtur cur eis peculiaris coquendi vis poſſit denegari; præſertim cum Galenus ipſe 6° *de decritis* Hippocrat. & Plat. Vim Sanguificandi Jecori, & ſanguinem arterioſum conficiendi cordi, ea ſolum de cauſa tribuat quod peculari parenchymate ambo donentur. Secunda ratio deſumitur ex eo quod emulgens vena, omnium quæ à cava originem ducunt ſit ampliſſima, pluſque ſanguinis ad renes

vehat

vehat quam poſſint in alimentum traducere, ex quo ſequitur illum reliquum ſeminí generando materiam præbere. Tertiò, quid opus habuiſſent renes arteria tam capaci, ſi ſolùm ad expurgandum ſeroſum humorem ipſa uſui eſſet? Nunquid ſatius eſt credere ſanguinem arterioſum ita affatim ad renes deferri, ut ſanguini venoſo confuſus & mixtus & à ſero vindicatus quodammodo mutetur & elaboretur in renibus, quem poſtea venæ & arteriæ ſpermaticæ

quæ

quæ ſtatim ſub renibus, & ad renes ſanguinem ſugunt ad ſeminis generationem in teſtes amandent. Quartò, quæ ratio alias reddi poſſet, cur odor & ſapor ille qui in animalibus non caſtratis circa renes percipitur ac præcipue in adultis quæ venerem experta ſunt, in caſtratis & tenellis non appareat? Cur in gonorrhæa à celeberrimis medicis lumborum regioni medicamenta adhibeantur ad ſemen imminuendum ut videre eſt apud Aretæum

*lib.*

*lib.* 2. *morb. ch. cap.* 7. & Trallia. *lib.* 9. *cap.* 9? Quî denique propensio ad Libidinem, somnia libidinosa, & nocturnæ pollutiones inter calidorum renum signa a medendi peritis annumerentur? Cum Igitur ratum sit, renes semini condendo obstetricari, & magna muneris hujusce parte defungi; dum quis repleto stomacho & spiritibus omnibus coctioni incumbentibus (mutuas enim in agendo sibi tradunt operas) coitum aggreditur ad quem

plus quam ad aliquam aliam corporis actionem, Spirituum copia requiritur, necesse est ut ex insito Renum spiritu aliquid depereat, cum spiritus illi ut ita dicam superficiales qui generationi præesse solent alio negotio nempe coctione ciborum distineantur.

Natura enim de præservatione Individui magis sollicita est quam speciei, quapropter spiritus illos erraticos detinet ut coctioni inserviant quorum defectu dum quis generationi

nerationi vacat, necesse est ut spiritus insuos tum renum, tũ externarum partium, generationi inservientium mutuetur, quorum jactura cum ægre reparetur, & talis intempestivus coitus sæpius repetatur, partes illæ tandem flaccescunt, & spiritibus suis tanquam oleo suo, & vita privatæ in tabem devolvuntur, quæ discordia statim totius compagis harmoniam dissolvit, & reliquas corporis partes tum sympathia cum connexione in eandem ruinam adducit.

ducit. Hæc genuina eſt tabis dorſalis tabula, quam cum à nemine delineatam compererim, eam audaciuſcule fuſiori penicillo adumbravi. Interea mirum videri non debet, ſi intempeſtivum illum coitum nempe ſtatim à paſtu tantum appetant; tunc temporis enim qui concavus eſt in pene nervus Spiritus & flatus copiâ ſolet impleri, penem arrigere, & vias diſtendere, per quas ſemen multo cum impetu ſolemus ejaculari; quapropter certum eſt eos

tunc

tunc temporis majori voluptate perfundi, cum enim titillatio quæ in coitu percipitur, à spiritibus maximè pendeat, dum quis insitos accersit (adventitiis circa alia negotia occupatis) sequitur, corpus magis commoveri, & spiritus illos cum sint perfectiores, & difficiliori negotio advocentur, majoris titillationis esse causam, ac proinde majorem parere delectationem.

Quarta tabis species, omnium est rarissima, & pro causa unicam pulmonis

nis calidam & ſiccam intemperiem ſine materia agnoſcit. Hæc potius doctrinæ gratia quã neceſſitatis ab authoribus introducta videtur, ſi qua tamen hujuſmodi aliquando fiat cauſas habet evidentes, nempe inſpirationem aeris calidioris præcipuè in iis qui columellâ carent, potum calidiorem, cujus portio licet exigua per aſperam arteriam in pulmones decubuit, iram nimiam, & diuturnam vocis intenſionẽ, motum nimium, & intemperiem calidam

dam vicinorum viſcerum. Ejus ſigna ſunt rubor genarum à calidis fumis aſcendentibus proveniens, ariditas linguæ & faucium ſitis ingens quam potus non ſedat, magnitudo, celeritas, & frequentia reſpirationis, languor corporis, & nocumentum quod ab uſu rerum calidarū percipitur; hujus generis intemperiem (ſi diutius urgeat) hecticam febrem parere, ac tandem ægrum in tabem præcipitem dare nemini non eſt perſpicuum. Aliæ paſſim tabis ſpecies

apud authores occurrunt quas hic recensere supervacaneum esse puto, cum hæ quatuor sint præcipuæ ad quarum normam & amussim omnes aliæ possint revocari.

---

*De tabe Anglica & in quibus ab aliis differat.*

CAP. 2.

OMnes quas enumeravimus tabis species tum symptomatum sævitiâ

vitiâ cum virium imbecillitate ita per ſe notæ ſunt, ut nemo vel etiam tyro non poſſit eas agnoſcere & cum poeta exclamare.

*Luctus ubique pavor & plurima mortis imago.*

Sola tabes Anglica cuniculos agit, & ſub ficta ſanitatis ſpecie furtim jugulat, in hac neque inſignis extenuatio, neque cruenta apparet ſpuitio, non alvi fluor, non capillorum effluvium perniciem produnt, Imo ſæpius (quod ſtupendum eſt) febris nulla fatigat, donec tandem

reſolutis

resolutis spiritibus mori se non sentiant; ita ut non tam morbus quam morbi adumbrata quædam imago esse videatur. Miserrimum profecto mali genus quod æger vix sentit, & medicus ægerrimè curat. Pernicies digna adversus quam tota medicantium plebs insurgat, & in eâ propulsandâ totis viribus insudet, verum seu mali frequentiâ quæ solet admirationem tollere, seu priscorum medicorum incuriâ, cognitio ejus hactenus adeo obscura fuit, ut

unus eam videatur assequutus esse Fernelius. Quapropter nos acceptâ doctiorum veniâ quid de eâ sentiamus paucis complectemur.

Tabes Anglica est præceps vitalis spiritus fluxus à vitiosâ pulmonis constitutione ortus. Quæ definitio ut intelligatur, Notandum est primò, quod pulmo est spirandi officina quæ nullo vel minimo temporis puncto intermisso movetur, & spiritum identidem reciprocando ducit & reddit, quem

quem hauſtum conficit & miniſtrat cordi, eâdem ferè ratione ac ventriculus alimenta ſuggerit hepati. Secundò, quod hujus rei duplex eſt uſus; Primus, ut acceſſu novi ſpiritus calor innatus ventilatus refrigeretur; alter, ut vitalis ſpiritus eo reparetur, & veluti pabulo foveatur: quâ de cauſâ etiam pulmonum caro ſpongioſa facta eſt, & duobus vaſis cordi annectitur, venâ ſcilicet arterioſâ à dextro cordis ſinu procedente per quam alimentarium ſanguinem

ſugit, & arteriâ venoſâ à ſiniſtro cordis ſinu emergente per tubum cujus aerem præparatum inſpirat ad eum quem ſupra diximus finem. Tertio temperamentum noſtrum ſecundum ea quæ ingeruntur immutari, verbi gratiâ ab alimentis temperatis & quæ ſunt boni ſucci & facilis coctionis, ſanitatem conſervari : ab intemperatis vero & mali ſucci difficiliſque coctionis omnes fere morbos originem ducere : humanum enim corpus cum ſit patibile, &

affectioni subditum, multa solet ab externis caussis perpeti atque sustinere, vini potio, cibus insolitus, æstus, balneæ, exercitatio, & supra omnia circumsepiens aer ita semper ipsum immutant ut semper à seipso deciscat, quousque caussarum illarum assiduo impulsu & varietate tandem exolescat. His positis dicimus, quod cum nulla sit pars in humano corpore quæ non fluxa sit & reparatione indigeat, error, qui fit circa vitalis spiritus

reparationem eſt proxima tabis Anglicæ cauſa. Cum enim pulmo ob innatum ſeu aſcititium vitium corruptus eſt, & in Sphacelum quendam degenerat, quàm cedò puram vitalis ſpiritus portionem conficiet? quàm innocuè jacturam ejus reſarciet? an non potius inſpiratum aërem conſpurcabit, conſpurcatum ad cor mittet, quo vitalis ſpiritus tanquam veneno altus ἀτονίαν illam φθινώδη in microcoſmo pariet. Vitioſam autem pulmonis conſtitutionem

onem appellamus non intemperiem simplicem seu conjunctam; sed mollem, tenellam, ac corruptioni paratam substantiam proprio nomine διαφθοράν. Hāc Fernelius agnovit *Lib. 7. de part. morb. & sympt.* ubi etiam dixit, quod qui tabidâ stirpe sati sunt, quasi hæreditario jure, ōnes tabe marcescunt; seq; vidisse hoc malum in omnes ejusdem familiæ ordine grassari; ibidem etiam rationem reddit cur qui naturâ pectus angustum atque depressum obtinent

(Græcis σανιώδεις & πτερυγώδεις dicuntur) ſunt in tabem procliviores, eorumque natura ut ait Hippocrates ad Phtiſim vergit; Non hinc certe inquit quod pulmones anguſti ſint, hoc enim in aſthma tantum deduceret, ſed quod ii fere languidi adeo ſint & imbecilli, ut tempore ſenſimque flacceſcant, & ſponte corrumpantur, ac proinde qui ab ortu vitioſos nacti ſunt pulmones citra cruentam excreationem tabidi decedant. Affectum hunc Galenus

lenus etiam videtur non ignorasse, dum 4. *de loc. aff. cap ult.* scribit nonnullos citra manifestum pulmonis ulcus Phtificorum more decessisse, qui primum flava quædã non acria, deinde purulenta, ac demum pulmonis particulas expuerunt absque aliquo cruore, aut hoc admodum exiguo. Hunc affectum similem ei putat qui in externis partibus aliquando apparet ubi cum humore putrescente pars una simul corumpitur, indeque pus emanat nul-

lo cruore antecedente.

Agè verò explicatâ jam vitiosâ pulmonis dispositione, enucleatius describendum est quo pacto tandem tabem induеat. Sciendum autem est quod cum primum vitiosus pulmo aerem inspiravit, illum fœtore suo, & insitâ corruptelâ inquinat, inquinatum per arteriam venosam cordi tradit; cor cum puriore et subtiliore sâguinis arteriosi portione miscet illud, et inde vitalem spiritum insitâ vi et facultate conficit; adven-

titius

titius ille vitalis ſpiritus inſito vitali velut in pabulum cedit quo indeſinens ejus jactura reparetur: verum inſitus vitalis ingrato illo pabulo nutritus, tantum abeſt ut refocilletur, quin potius quantum in ſe eſt illud reſpuit, et quaſi fame moriens ſenſim evaneſcit; hinc fit ut qui hac tabe profligantur non ita admodū extenuentur; parum enim humidi primigenii et ſolidioris ſubſtantiæ deperditur, ſolus labefactatur vitalis ſpiritus qui non ſolum pabulo

ſolito

ſolito deſtitutus citius e-
volat, ſed etiam à fætido
et corrupto illo adventiti-
o ſpiritu conſpurcatus, cæ-
teros ſpiritus quibuſcum
commercium habet eadē
labe & contagione inficit
qui inde ad obeunda vitæ
munia pigriores, & inep-
tiores evadunt, donec tum
reparationis defectu, cum
inquinamēto illo affatim
ſuccedente obruti, corpus
velut frigidū ſimulachrū
& mortuam viventis ima-
ginem deditione reddunt.
Ex iis quæ diximus per-
ſpicuum eſt quam longè
latéque

latéque hæc tabes ab aliis distet, & quæ sit propria ejus essentia, quâ cognitâ nemo inficias ibit, eam tabem hæreditariam esse posse, simul & contagiosam: Si enim pulmo aerem inspiratum ita contaminat, quid prohibere potest quo minus circumstantes afflatu suo lædat: Immo plures à contagione in illam calamitatem incidere quam à natalibus censeo dum incauti cum tabidis conversantur, edunt, bibunt, & confabulantur.

## *De signis Tabis Anglicæ.*

### Cap. 3.

QUemadmodum Tabis Anglicæ naturam facile fuit investigare, ita quæ signa illam prodant assignare summè est arduum: Pathognomonicum enim unum aliquod signum quod soli illi competat non reperitur, artificiosam tamen conjecturam si medicus adhibeat, ita planè latere non poterit quin deprehendatur, sed oporret ut totam sym-

ſymptomatum & ſignorum σινδρομὴν uno intuitu diligenter conſideret & accuratè animo perpendat. Vt autem vitium hoc plerumque à naturâ eſt inſitum, ita totius corporis habitus ſæpius ipſum redolet, & in eo interioris mali rudimentum legitur, omnes enim fermè qui vitioſam illam pulmonum conſtitutionem nacti ſunt habitu ſunt molli & flaccido, cutis digitis preſſa impreſſionem retinet, adeſt faciei pallor, & ſputum non ut ſolet tenue & ſpumoſum

ſpumoſum, ſed glutinoſum, viſcidum, ac veluti purulentum, ſegnities & inertia totius corporis, alvus ſatis libera, ſed excrementa magis ad cinericium colorem vergunt, ægri ſibi ipſis ſunt oneri. Hic autem ut in aliis morbis in quibus ſoli ſpiritus laborãt ὑρομαντία locũ non habet, pulſus eſt æqualis ſed languidus & mollis, æger paululum macreſcit, et quod caput eſt, Syſtole et Diaſtole nõ fortis et elata ut in ſanis, ſed languida prorſus et exilis, halituſq;

eorum

eorum qui eo morbo præhendũtur, neſcio quid fracidum redolet, non multũ abſimile odori illi quē in locis ſubterraneis olfacimus. Cæterum nulla ſitis fatigat, nullus urget dolor, rerum humanarum ſata gentes præcipites in mortem ruunt, et inter voluptates et amicorum conſortia

*Hoſtem ſub pectore condunt.*

De

## *De Causis tabis Anglicæ, & primo de causa efficiente.*

### CAP 4.

SAtis superque palàm est ex supradictis tabis Anglicæ causam efficientem esse vitiosam pulmonis dispositionem seu hæreditariam seu ascititiam; unde vero ambæ ducant originem sedulâ investigatione et animadversione dignum est, cum in eo præcipuus totius morbi, præcautionis et curationis cardo versetur. Certum est autem omnes morbos

morbos qui ad nos hæreditario quaſi jure devolvuntur in parentum ſemine radicem habere, et inde ſenſim cum corpore adoleſcere, Unde hæreditariam pulmonum diſpoſitionem à ſemine pendere nemini non notum eſt. Verum quo pacto tam funeſti mali rudimenta cũ ſemine transfundantur, ſatis hactenus ignotum fuit, et à nemine, quod ſciam, ſatis explicatum; quapropter liberius aliquantulum in hunc campum noſtra exultabit oratio.

Semen

Semen in centro corporis conditum non nisi spirituũ ex calefactorum beneficio foras protruditur. Spiritus autem duplicis sunt generis, quidam enim unicuique parti sunt insiti & á primordiis congeniti, alii vero sunt adventitii qui ex puriore sãguinis & aeris portione conficiunrur, quorum duplex est usus, unus quo jacturam insitorum resarciunt, alter quo facultates corporis humani alioquin torpidas exsuscitant quãobrem ab Hippocrate dicti

cti sunt ἐνορμῶντα quasi impetum facientia, hi quamvis deterioris aliquãtulum conditionis aliis videri possint, ejusdem tamen sunt speciei, & gradibus perfectionis solummodo distant, quapropter perpetuum inter se commercium, & veluti nundinationes exercent, nihil apud ipsos privatim est, non cura peculi, sed πάντα κοινὰ, sunt continui non contigui, nec aliquis alicujus rei characterem sustinet quin continuo illum cæteris communicet.

Soli

Soli autē spiritus alicujus characteris suscipiendi sunt capaces: anima enim cum omnino spiritualis sit, & materiæ expers, nullam habet aptitudinem ex se unde morborum signacula suscipiat, corpus vero prorsus materiale & iners ea respuit; morborum enim signacula nec planè spiritualia, nec planè sunt corporea: restat igitur ut spiritus qui mediam inter animam & corpus naturam sortiti sunt, soli sint characteribus suscipiendis pares, quos re-

ceptos aliis cõmunicant, qui demum infecti eos cũ ſemine cui plurimi inſunt in fœmineum naturæ agrum transfundant, unde tandem tepore loci exſuſcitati ſimul & ſenſim cum reliquâ coporis mole adoleſcunt, & perfectum natalium ſuorum effigiem tandem ob oculos ponunt. Placet rem exemplo illuſtrare, adducatur quiſpiã renum calculo laborans, in eo ſpiritus renum tum inſitus cum adventitius calculi primum characterem ſeu quam vocant vim lapidificam

dificam quæ partim ſpiritualis partim materialis eſt primus ſuſcipit, ſuſceptam aliis communicat qui cum ſemine eam ad poſteros traducunt, in quibus externis cauſis ſuſcitata, tandem prioris naturæ ſortem exerit, & quod priùs erat inviſibille oculis ſubjicit. Notandum eſt autem eorum ſolummodo morborum characteres in ſpiritibus imprimi qui à diuturno nobilis cujuſdam ſeu ſpermaticæ partis affectu pendeat, cujuſmodi ſunt Hydrops, tabes,

calculus

calculus, &c. morbi enim fugaces & horarii licet spiritibus characterem aliquem imprimant; attamen à totius corporis ἀτονία potius quam à principis cujuspiam partis, læsione procedit quapropter solutione vel crisi facile deletur & obliteratur, nec ad posteros transit.

Præter autem illud morborũ signaculum primo & per se in parentum semine existens alia quæpiam causa est quæ hæreditariorum affectuum generationi summè opitula-

tur, ea est prava seminis alterutrius parentis dispositio: fieri enim potest ut spiritus verbi gratia qui semini insunt nullo tabis charactere signati sint, & nihilominus paternũ vel maternum semen ita vel aquosum vel indigestum, vel denique pravâ aliquâ qualitate affectum esse potest, ut quæ inde sata proles erit non nisi morbida et effoeta vitã inire, et eam summo cum sanitatis detrimento poterit traducere. Per primam igitur rationem nempe morbo-

rum

rum signaculum non dubium est quin si alteruter parentum tabi obnoxius est, tabidæ prolis causam ministrabit; verum quoad secundam scilicet pravam seminis dispositionem, operæ pretium est inquirere utrum magis peccet an paternum an vero maternum semen hic in Anglia. Dicam hic libere quid sentio, præcipuam hujusce mali causam in maternum semen rejiciendam esse censeo, vix unam è viginti reperies quæ fluore muliebri non laboret, &

eo plerumque ita malig-
no ut apud imperitos sæpe
sæpius virulentam gonor-
rhæam mentiatur; vidi-
mus mulieres quæ cum &
castissimæ essent, & mari-
tis satis viris junctæ quã-
vis inter ambos multus
amor intercederet, cum
tamen eis, mariti junge-
bantur odore solo fluoris
illius ingen remittebat, &
veluti plãta verme vel quâ-
piã aurâ malignâ percussâ
cõtinuò exarescebat. Quæ
sit inter fæmineum genus
præcipua hujus calamita-
tis causa, non nostri jam
est

est instituti disputare, debemus huic morbo justum volumen; sive enim curandi morbi difficultate sive mulierum pudore & impatientiâ morbus hic vix cedit, & hactenus paucos videre licuit qui ab aliqua suscepta (& si tam multa de eo morbo passim apud authores occurrant) feliciter expedire se potuerit, ita ut ausim affectum illum meliori quam podagram ratione, medicorum opprobrium appellare: nihil tamen ferè in tota medicina æquè studeri deberet

beret, cum ab hoc, vitia conformationis maximè pendeant quæ postea ars quæquam vix possit emendare. Luce igitur clariùs est liberos tali semine satos, non nisi morbidos, & prava partium διαθέσει præditos in lucem prodire posse, hosque calamitatem illam ad posteros hæreditario jure transmittere, unde tanta tabidorum seges hic pullulat. Nolim tamen inficias ire maris semen huic affectui principium dare posse, sunt enim mares quidam, qui quam-

quamvis partibus generationi inservientibus satis superque instructi sint, & firma pulmonum dispositione, eo tamen corporis habitu molli & flaccido, eâque hepatis imbecilitati prædit̃i sunt, ut non nisi aquosum & & indigestũ semen profundant, & tum pilorum penuria cum vocis gracilitate & facie rugis arctâ semiviri potius quam viri, & ad muliebrem naturam propius quam ad virilem accedere videantur. Constat autem ex diversis seminis parti-

bus diversas corporis humani partes exsurgere: cum primum enim semen in uterum transfusum est & ad generationem elaboratur, partes ejus tenuiores, calidiores, & spiritus magis participes, intro & in medium molis totius se recipiunt, crassæ verò & terrestriores illas circumsepiunt & circum circa obvallant, ex quibus coactis et in majorem duritiem adauctis, calore et contagione uteri ambientes foetum membranæ producuntur. Rursus ex

purioribus et ſubtiliori-
bus ſeminis partibus, quas
ſupra diximus ſe intro
recipiſſe, et in uteri medi-
um conceſſiſſe, nobilio-
res corporis partes loci te-
pore ſuſcitantur, quæ ſpi-
ritus omniumque facul-
tatum et virium, atque e-
tiam opificis noſtri ſedes
ſunt, ex craſſioribus verò
partibus, partes corporis
ſolidæ, velut oſſa, figuram,
ſenſimque duritiem con-
quirunt. Jam, ſi in tenui-
ori et ſubtiliori ſeminis
parte ex quâ naturâ partes
principes fingit et efför-

mat aliquid insit crudũ, aquosũ, inconcoctum, nunquid quæ inde partes exsurgent eadẽ labe inficientur, natalitiũ jure prædite exſerentur? idẽ fiet pulmone qui à naturâ carnem mollem, levem, raram spongiæque assimilem desiderat, et propterea ab aquosâ seminis parte surgit, quapropter non ambigendum est quod si pars illa aquosa aliquando peccet, vitium conformationis pulmo inde hauriet quod nunquam aut ægerrimè postea exuat. Ex his igitur

igitur licet concludere, alterutrius parentis ſemen huic calamitati occaſionem præbere poſſe, maternũ verò præcipuam oneris hujus partem hîc in Anglia ſuſtinere.

Adde quod cùm copioſior fœtui materia à fœminâ quàm à mare conferatur, (mas enim nil niſi ſemen ſuppeditat) proles ſæpiùs ad fœminæ quàm ad maris temperamentum accedit, ut ex eo obſervare licet, quod ex ove & hirco ovis gignitur pilis duris & longis conſita,

contra

cõtra verò ex caprâ & ariete, capra fit pilis mollioribus; quæ proportio etiam retinetur si canis & vulpes, vel asinus & equa coeant. Quapropter viri sapientis esse puto qui cùm tali muliere (quæ nempe fluorem muliebrem patiatur) matrimonio copulatur, non prius ἐνεργητικῶς liberis operam dare, quam uxor ejusmodi affectu levetur; saltem si posteritatis sit amans, & nomen suum velit via tam trita ad posteros tradudere.

## *De aliis causis tabis Anglicæ.*

### Cap. 5.

EXplicata jam quæ sit pulmonum dispositionis hæreditariæ causa, reliquum est ut ad eas enumerandas quæ ascititiam generare possunt nos accingamus. Eæ autem ferè omnes sunt evidentes & externæ, Contagium, Aer, Cibus, Potus, Quies, Innumeræque pene aliæ quæ dum in productione cætero-

rorum

rorum morborum ferientur, hoc uno videntur otiari quo potentiùs in hanc perniciem conspirent, illudque miserabile dictu est quod eæ ita nos circumvallant ut qui unam effugerit vix aliam possit declinare. has tanquam præcipuâ animadversione dignas sigillatim & fusiuscule persequemur, ut is morbus qui semel contractus vix aut ægerrimè tolli potest, cognitione saltem causarum à sanitatis cupidis possit præcaveri.

Inter causas externa

quæ proximæ & solæ pulmonum ad vitiosā illam quam diximus διάθεσιν deducant primò occurrit cōtagium, quod quo pacto fiat, non injucundum erit exponere. Contagium nihil aliud est quam adustio evaporativa aerem corrumpens ab ægritudinis materiâ procedens, & ad circumstantes omnino meabilis; cum enim quispiam partis alicujus & internæ vitio laborat quæ aliquam cum respirati-one communicationem habet, exeunt quædam

μιάσματα ab illa parte læsa quæ aerem inspiratum contaminant, qui aer Systole reditus circumsepientem etiam inquinat quem qui hauserit vix simile malum effugiet. Eodem planè modo in hâc tabe, pulmo corruptelâ quâdam affectus aerem quem peculiari à naturâ dote potest alterare, corruptelâ suâ conspurcat, qui exspiratus idem vitium ambienti cõmunicat unde malum latius diffunditur: Nec dubitandum est si tot alii morbi ab authoribus

bus contagiosi recenseantnr ut dysenteria et Ophtalmia quæ in iis partibus sitæ sunt quæ parum actionis in aerem possunt habere quin tabes quæ tanta ἐνεργείᾳ aeri perniciem inurit una omnium maximè post pestem sit contagiosa, huic opinioni astipulatur Galenus 1 *de differ. Feb. cap.* 2. eamque sequuntur Aristotelis interpretes in *Probl.* 4. *partic.* 7. Si autem tabes ita sit contagiosa; non est dubitaneum quin infantes et eos qui pulmonum robur

bur nondum nacti sunt faciliori negotio inficiet. Quapropter Parentes omnes seriò monitos esse velim ne liberos in tabidorum consortium tradant quorum basiamentis et compressiunculis pestem illam possint exugere.

Contagium sequitur aer ut obstetrix puerperam, utpote sine cujus obstetricante manu, contagium nullum obesse potest, tanta enim ejus in productione morborum vis est, ut ex eo et cibo omnes aegritudines

tudinis ortũ ducere Hippocrates nõ veritus ſit asſerere, is quippe ad vitã adeo neceſſarius eſt ut vix momento poſſimus illum non ducere; triplici enim officio vitæ tuendæ conſervandæque calori naturali præficitur: primum eſt cum pabulum ipſi præſtat, ſecundum cum ventilationem, tertium cum fumoſâ illius fuliginoſâq; ſupervacanea excipit & repurgat. Quâ cumque is ſubſtantiâ vel qualitate fruitur, eâ ipſâ ſpiritus primum, deinde humores, poſtre-

postremò partium omnium substantiam afficit, ejusque vis ita per cuncta rerum meabilis est, ut non solum nos, verum etiam solidissima quæque & inanima ut lapides, ligna, & metalla aliter sicco, aliter pluvioso cœlo, compertum sit afficere. Cum is ab omni qualitatum & substantiarum vitio alienus est, spiritus nostros collustrat, sanguinem puriorem efficit, cor hilaritate conspergit, mentem nubilis exuit, & corpus omne pervadens, suscitato

to calore vegetoque reddito per ἄδηλον διαπνοὴν fuligines omnes protrudit. Cum verò crassitie aliquâ & caliginositate inficitur, spiritus obscurat, humores inquinat, cor mæstitia exest & conficit, ac tandem nativo calore debilitato mixti dissolutionem accelerat. Triplici autem ratione morbos procreat, vel qualitatum immoderatione, vel substantiæ vitio, vel subitâ insolentique mutatione. Qualitatum immoderatio nihil aliud est quam intemperies calida

vel

frigida, humida vel ficca, five regio, five fitus, five anni tempus, five denique cœli ftatus illā afficiant. Hinc palàm eft homines falubriorem vitam degere in regione temperata quā intemperata, in aprico & perflato Solo quàm in eo qui montibus conclufus non perflatur, vere quam æftate, flante Favonio quā Auftro, et fic de cæteris. Vitium fubftantiæ in aere à caufis externis ortum habet, cum enim adeo ex feipfo fimplex fit aer et uniufmodi, fui ipfius cor-

corrup-

ruptioni minime subjicitur, variis tamen inquinamentis undique conspergitur: exhalatione multâ siccessit, vapore humescit, tetris et corruptis vaporibus ex aquâ aut stagnis exspirantibus conspurcatur, et pestilentiæ semina gremio suo excipit et fovet, quæ omnia cum aere in corpus humanum inspirata clades miserabiles edunt. Aeris autem seu temporis mutatio duplex est, una naturalis, cum tempora omnino periodos suas servant, quæ mutatio

nullas

nullas ægritudines parit nisi forte eas quæ unicuique ætati sunt familiares ut in pueris morbum dentiendi, in adolescentibus veneris æstrum, &c. Secunda mutatio est innaturalis, cum tempora statam ordinem non servant, sed verbi gratia hyems autumni, ver æstatis tẽpestatem induit. Hæc repentina & insolita temporũ mutatio, multorum eorumq; gravium morborum solet esse causa, id quod maximè Hippocratem impulit *Lib.* 3. *Aph.* 8. ut anni tem-

tempeſtatibus incertis & alienis incertas quoque ægritudines, & ad judicandum difficiles fieri pronunciaret, & pro variâ illâ temporum diverſitate, diverſos etiam fore morbos paſſim per totum illum librum vaticinaretur. Jam vero operæ pretium eſt quæ ſupradictarum aeris conditionum tabem Anglicam proferre poſſit diligentius ſcrutari et inveſtigare. Quod ad primã attinet, ſcilicet qualitatum immoderationem, ea hic in Anglia citra contra-

dictionem tabem multum promovet, & illustrem reddit, immo ausim dicere, generare potest. ¡Si enim aurhore Hippocrate *Lib.*3.*Aph.*15. τῶν δὲ καταστασίων τοῦ ἐνιαυτοῦ, τὸ μὲν ὅλον αὐχμοὶ τῶν ἐπομβριῶν εἰσὶν ὑγιεινότεροι καὶ ἧσσον θανατώδεες; hoc est, ex tempestatibus anni in universum, siccitates assiduis imbribus sunt salubriores & minus mortiferæ; & 16. *Aphor. Lib.*3. Assiduis imbribus fieri putredines. Quis ferè perpetuam imbriũ irrigationem qualis hic est in An-

*gliâ*

gliâ aerem plus juſto humidum reddere inficiabitur? qui tandem inſpiratus putredinem in pulmones inducat, à qua ſiccitas ſolet liberare; prodigii enim loco eſſe poteſt, frequentia illa pluviarum quam hic experimur, ita ut hæc regio cœlorum matula eſſe videatur in quam Jupiter per cribrum mingat, unde non infacete Gallus quidam ex Angliâ recens & obviam habens quempiam conterraneum eo loci proficiſcentem cunctantemque u-

num sibi aliquid imperare vellet, nil præterea inquit quā cum solem cōspexeris velim me ipsi commendatum habeas, per duos enim menses quibus ibi fui illum mihi videre non licuit. Hinc etiam non illepidè *Aretæus Lib.* 1. *de sign. & caus. diutur. cap.* 8. regionum constitutionès quæ frigidæ & humidæ sunt hujus affectus germanas esse dicit. Quod autem ad vitium substantiæ pertinet, in proparulo est aerem multis de causis Londini corrumpi. Primò urbs non

non ſatis detecta & perflata eſt, ab Auſtro enim et Aquilone môtibus obvallatur, quâ de cauſâ non ſolum non liberè ventilatur, ſed neceſſario quodam jure amnis & vapores labem contrahunt. Secundò lutum & cœnum quod viis publicis aggeritur, non ſatis diligenter nec procul ab urbe aſportatur, unde fætido putridoque vapore aer contaminatur.

Tertiò demortua animalia, & altiliū in terranea in cloacis & viis publicis

licis relinquuntur quæ gravem admodum fœtorem expirant, & quæ si tellure conderentur minimam de se noxam præberent, plurimas alias causas omitto, quæ quia cujusvis oculis sunt obviæ longiori explanatione non indigent. Denique quod subita & insolens temporum mutatio qualis hic in angliâ persæpe est tabem inducere possit, is satis fatebitur qui Hippocratem penitus non ignoraverit: Nihil enim aliud ferè in toto *tertio Aphorismorum*

*libro* circumſonat, ut patet in 10.13.16.22. et cæteris, cujus rei ratio non ſatis hactenus (quod ſciam) detecta fuit: Quidam enim ſatis ſibi dixiſſe videntur, dum ſubitam humorum liquefactionem à repentinâ illâ tempeſtatum viciſſitudine ortam coarguunt, hujuſque criminis damnant. Alii, ab eâ mutatione pravos humores congeri ſtatuunt fœcundos tabis parentes.

Ariſtoteles & Hippocrates hujus rei cauſam faciunt quod ex contrariis

in contraria, atque etiam ex humidis in calida aut frigida gravis periculoſuſque ſit tranſitus. Verum enimverò cum hæc omnia indefinitam cauſam potius quam cauſæ rationem afferre videantur, nec planè cognitionem & intellectũ curioſum expleant; pace tantorum virorum velim mihi liceat, hac etiam in re more noſtro ludere. Subita & frequens aeris mutatio quâ heterogeneitatem, eâdem prorſus ratione partium tabem inducit: humores enim ex

quibus

quibus humani corporis partes conflãntur, ſtata aeris tempeſtate fermentationem quandam acquirunt & ſervant, quam aeris varietas arcet & deſtruit; partes autem heterogeneæ factæ, debiliores ſunt, & mutuis inter ſe pugnant odiis quibus tandem totius corruptela accerſitur. Homogeneitas autem illa tam à calore quam à frigore fit & ſervatur, quorum nihilominus ſæpius repetita mutatio, corruptionem parere poteſt ob eam quam dixi rationem.

ſufficiat hoc unico exemplo illuſtraſſe. Vinũ in calidiuſculo vel frigidiuſculo loco poſitũ et obturatũ per ſe poteſt diutius aliquantulũ ſervari, ſi verò in circulatione ponatur ad calorem balnei, tum parvo poſt tempore in frigido reponatur, & hoc ſubinde repetatur, certiſſimo experimento multo citius corrumpetur quam ſi in alterutro loco ſolummodo conſtitiſſet; idem planè evenit in omnibus iis quæ partibus diverſis conſtant & quorum plura exempla

cuivis

cuivis curioſo facile erit obviam habere.

Sequitur jam cibus & potus quorum vis in corporibus immutandis aeri eſt proxima hac ſolum differentiâ quod aer celerius ac promptius in plures invadit, cibus verò ac potus quoniam permanentem ac inhærentem corpori materiam ſuggerunt id validius & contumacius afficiunt.

Nolim hic Angliæ cibos ſub examen revocare cùm non ſolum in omni genere laudatiſſimos habeat, verum

rum etiam in iis ita felix sit, ut totum præterea orbem meâ sententiâ antecellat, hoc unum solum animadversione sedulâ dignum perspicacioribus subjiciam, in cujus postea examinatione, ipsorum ingenia possint spatiari.

Saccharum & saccharata omnia toto genere huic morbo infensissima, & in eo progignendo multa esse censeo quorum quum usus sit tam frequens, mirum videri non debet si tanta tabidorum seges hic pul-

pullulat. παράδοξον hoc multis videri poterit, (cũ saccharum ita usu hic receptum sit, & quasi absolutè necessarium ad vitam conservandam reputetur) quod tamen si æquiori trutinâ ponderaverint, à veritate non prorsus alienum comperient. Sed quia novum quid stabilire videmur, lubet nobis aliquantulum altius exordiri. Quidquid in corpus illabitur, aut temperamento, aut materiâ, aut totâ substantiâ agit, nosque permutat. Verbi gratiâ, aqua temperamento

mento ſuo quod eſt frigidum nos refrigerat, Illud autem materiâ agere dicitur quod ſubſtantiæ tenuitate humores penetrat aut incidit, quod craſſiore materiâ corpus aſtringit & denſat, & quod viſcoſum adhæret, & è contra detergit. Totâ verò ſubſtantiâ illud nos immutat quicquid vel totius ſubſtantiæ familiaritate nos nutrit, vel diſſidio & repugnantiâ illam depopulatur, prius alimentum, hoc verò venenum dicitur. Ex his quædam ſimpliciter,

pliciter, quædã biſariam, quædam triſariam nos af-ficiunt. Verbi gratiâ, A-qua ſimpliciter ſuo tem-peramento: Acetum bi-fariam, temperamento nempe & materiâ: trifa-trifariam vinum album quod calefacit, extenuat, & alit. Hoc poſito, operæ pretium eſt inquirere, cu-jus naturæ & tẽperamen-ti ſit ſaccharum, & an cũ corpore humano conveni-at necnè.

Saccharum quod ut om-nia ferè dulcia, nullâ qua-litatis exuperantiâ guſtui

moleſtum eſſet, materiæ & temperamenti mediocritatem obtinere omnes fermè antiqui prædicaverunt: verum cum guſtus non primarum qualitatum ſed ſolummodo ſecundarũ χειτήειον ſit, hujuſce litis æquus judex meâ ſententiâ eſſe non poteſt; permulta enim ſub ſaporum involucris latent quæ guſtus vix unquam poſſit eruere. Alias quis expedire poſſit qui cichorium impendiò amarum attamen refrigeret, cum nihilominus hactenus ſtatutum fuerit

erit omne amarum calidũ & sic cum esse ex eo quod ejus materia ab exuperante calore præassata et exiccata fuerit? Quis præterea explicabit cur santala omnia tertio gradu frigida sint, cum tamen in colore manifesta coctionis signa habeant (præsertim rubrum et citrinum) in odore aromata redoleant, et in gustu miti quadam acrimoniâ palatum feriant. Ratum sit igitur in qualitatum prædominio disquirendo non solũ gustum adhibendum, verum etiam experientiam

experientia coarguit.

Quapropter cum de ſacchari prædominante qualitate ſit ſermo, illam eſſe caliditatem contendo, quamvis ſatis obſcuram: Indicio eſt quod ſitim gignit, quod ſpiritus calidos et lucentes continet, unde ſi cultrũ ei affrices in tenebris lucem, velut igneam excuties, nullo ferè ictu irrito; Quod denique longiori cocturâ (quod expertus ſum) amareſcat. Quâ qualitate calidâ non parum pulmoni obeſſe poteſt, cum pulmo ſit maximè

mè calidus et moderatè frigidis potius delectetur, calidiorum vero usu facilè inflammationem excipiat; calidum esse pulmonem dubium esse non debet, quin immo sive ejus compositionem, sive calidum biliosumque nutrimentum, sive cordis viciniam et adhæsionem respicias, illum sanè jecore tum calidiorem tum sicciorem judicabis; neque Galeno auscultandum est qui illum humidum esse prædicat, cum in ejus temperamento disquirendo aeris

frigidi

frigidi inducti, irruentis defluxionis, et ejus excrementorum ſolummodo rationem habuerit. Diximus autem ingeſta poſſe tribus modis in nos agere, hoc eſt vel temperamento vel materiâ vel totâ ſuâ ſubſtantiâ. Non ſolum igitur ſaccharum propter temperamentum pulmoni infenſum eſſe contendimus, verũ etiã ei materiæ ſuæ ratione adverſum eſſe exiſtimamus; ejus enim materia cum ſit tenuis, leniens, & viſcoſa, una omnium maximè apta eſt, quæ

quæ per trachæam arteriam in pulmones illabatur, cum tamen eam viam cæteris alimentis ita artificiosè natura præcluserit, ut nè tantillum alterius alimenti quantumvis minutim præmansi, illac iter absque suffocationis periculo parare sibi possit. Id præterea non est prætermittendum quod cum nullâ manifestâ coquendi facultate pulmo præditus sit ad id quippe à naturâ minimè destinatus, repentinus ille sacchari illapsus antea minimè à

quâ-

quâpiam coctrice facultate præparati, plurimum illi negotii facessit, ac paulatim vires illius atterit.

Sed quod cardo totius rei est, Saccharum non solum temperamento & materiâ, verumetiam totâ substantiâ pulmoni est inimicum id quod neminem non ignarum mihi negaturum esse puto; cum enim non solum dulce, sed etiam sit dulcissimum, & propterea amaro è diametro oppositum, numquid sequi debet, si amarum ex omnium receptâ sententiâ

tiâ ſupervacuos humores ſiccando abſorbet aut detergit, ac propterea optimâ ratione putredinem arcet, & corpora diu integra conſervat, quod dulce propter oppoſitas facultates, fœcundus putredinis parens eſſe debet, id quod etiam longè citius accidet ſi in partem quæ nullâ coctrice facultate prædita ſit incidat, à quâ poſtea non poſſit edomari? Sed id levioris momenti videri poſſet niſi præterea privatum quoddam odium inter corpus humanum & ſac-

ſaccharum intercederet, quod ut pateat, Sciendum eſt quod quæcunque vel in alimentum cedunt, vel mixtione uniuntur, eatenus ſe ſarta tecta à putredine ſervant quatenus efficacior fuerit eorum fermentatio, cum autem ea nihil aliud ſit quam mutua contrariarum qualitatum pugna quouſq; mixtum ad deſtinatum à naturâ temperamentum reducatur, certum eſt nullam vel minimam fieri fermentationem inter ea quæ qualitatibus inter ſe conve-

conveniunt; ut ſaccharum & caro, illud enim propter dulcedinẽ et balſamicam qualitatem, hæc vero ob humorem primigenium dulcem ita ad invicem accedant, ut ſi caro quæpiam ſaccharo condiatur, feſtinam corruptionem patietur, niſi ſaccharum ad amaritudinem excoctum ſit, cum tamen ſale condita in multum tempus perſeveret, eo quod inter ſalem qui acris eſt, & carnis Balſamum quod dulce eſt, quædam fit fermentatio propter diſſidi-

um qualitatum poſt quam fermentationem novum quoddam temperamentum procedit: idem etiam apparet in ſaccharo quod cum ita cito carnes corrumpat fructus tamen acidos longiuſcule à putredine incolumes tutatur, quia ipſius dulcedo cum aciditate ſeu acerbitate fermentatur, et novũ inde temperamentum perfectè mixtum producit. In ſupradictorum confirmationem non omittendum eſt quod in inſula ſancti *Thomæ*

*mæ* ſub æquatore molunt cannas & quod ſuperat expreſſo ſucco objiciunt porcis qui inde dicuntur in tam miram teneritudinem pingueſcere, ut de bonitate cum capis Hiſpanicis certent denturq; vulgo ventriculis invalidis ad facilem concocturam. Vnde colligere eſt quod ſi ſaccharum ea vi & facultate pollet, ut ſuillam omnium ferè carniũ tenaciſſimã ad tantam teneritudinem adducat, eâdem prorſus ratione corruptelam & ſphacelum in pul-

monibus accelerabit, cum ipſi ſint molles & ſpongioſæ ſubſtantiæ, & ſtipticis aſtringentibuſque conſerventur. Luce igitur clarius eſt ſaccharum non alimentum, ſed nocumentum, non Alexiterium ſed deleterium eſſe ad Indias rurſus ablegandum, ante quas detectas, veriſimile eſt affectum hunc planè latuiſſe; & cum iis mercibus ad nos eſſe advectum. Sed mihi videor diſſertationem hanc ſat diu prætexiſſe ideò quod lubētius feci

ci quod res ſit maximi momenti, & à nemine quopiam antehac (quod ſciam) obſervata.

Deprehenſo eo cibo qui hujus mali maximè reus eſt, inquirendum eſt qui potus poſſit cum eo in eandem perniciem conſpirare. Anglia variorũ bonorũ variè ferax eo tantũmodo orbata videtur cujus quotidianus uſus malum illud poſſet arcere nempe vino, (quale vero vinum inferius dicetur) cujus inopia ad Zythum & eam quam vocant alam ſe converti

vertit, utriusque cujus duo sunt genera unum supremum aliud vero infimum; quod sit discrimen inter Zythum & alã, & utrum magis huic morbo producendo opituletur, postea in questionibus dicetur: id solum agetur quodnam genus alterutrius affectum hunc magis promoveat, videlicet utrum tenuis cerevisia magis quam generosa, quod ut intelligatur, illud inprimis notandum occurrit, ex omnibus ingestis potulenta magis quã esculenta pulmonem affi-

cere

cere, antequam enim esculenta ad pulmonem perveniant, ita multiplicem anfractum, & flexuosam circuitionem emetiuntur ut vix ullum priorum virium characterem possint illuc deducere; primùm enim ventriculi fundum petant necesse est, tum per pyloron delapsa ad Hepar per venas mesaraicas concedant, hinc ad cor transmittantur quod illa pulmoni per venam arteriosam communicat. Quamvis autem potulenta majori ex parte iisdem vesti-

giis

giis inhæreãt, attamẽ non exigua pars eorum, per aſperam arteriam neglecta epiglottide in pulmonem irruit, & pro qualitate ſuâ primò & per ſe illum afficit. Quod ſi reluxantibus (ut ſunt dulcia omnia) et impenſe humidis pulmo lædatur, ſtipticis vero & moderatè calidis confortetur, in dubium venire non debet, quin à tenui Cereviſia majus quam à generoſâ detrimentum patiatur; hæc enim propter lupuli admixtionem qui ſiccat et aſtringit nec non ob

ob calidorum ſpirituum copiam, ab abundantiâ faris proficiſcentium pulmoni magis amicari debet ejuſque temperamentum tutari quam alia. Obeſt etiam non parum tam ſerotinus quam matutinus potus, quia ſerotinus noctu à frigiditate cerebri condenſatus & in pulmonem decũbens illũ relaxat & molliorem reddit ejus ſubſtantiã: matutinus verò, quia à nocte & calore ſomni reſiccata trachæa arteria, avidius humiditatem ſugit, & copioſius ad

pulmonē transſmittit. Ex ſupradictis non arduum erit rationem reddere, cur ut plurimum magnates feminæ hic in Anglia tabe corripiantur, Plebeiæ verò peſte: Illæ enim ob frequentem ſacchari & dulcium nec non tenuis cereviſiæ uſum in feſtinum pulmonis ſphacelum incidunt, hæ verò ob cibos mali ſucci & difficilis coctionis, cruditates humoresque malos generant, qui poſtea peſtis ſeminarium facile ſinu ſuo excipiunt quod poſtea in univerſam ali-

aliquando familiam funeſtè debacchetur.

Non extra rem erit hic per tranſennam ſanitatis cupidos monuiſſe, ne ea Cerevifia utantur quæ ex Thameſis aqua cõficitur, licet enim ea aqua ſatis ex ſe levis & ſana ſit, tamen propter admixtionẽ ſtercorum, cloacarum, animalium demortuorum & cæterorum inquinamentorum, ingens corruptionis ſeminarium excipit, ſecumque advehit quod poſtea potoribus impartitur. Neque audiendi ſunt ii qui

qui inquinamenta & quisquilias illas, volunt vel à mari repurgari, vel per coctionē cerevisiæ vel per subsidentiam deponi, Aqua enim cum sit menstruum mundi, una omnium elementorum maximè apta est quæ diversas rerum qualitates excipiat quas nec per aquæ marinæ admixtionem nec per coctionem aut subsidentiam exuat. Primò enim cum mare in Thamesis alveum refluit, aqua marina non satis fluviatili commiscetur, ut possit nox-

noxias qualitates alterare aut eas expurgare, Aqua enim marina cum ſit ſalſa ac proinde gravior, in alveum refluens ſemper fundum petit, cui fluviatilis ut levior innittitur, unde ſi Thameſis aqua eo tempore hauriatur quo plurimum maris æſtus viget, nec ſapore nec guſtu diſtabit ab eâ quæ fluit non cõtradicente oceano; quapropter ii decipiuntur qui alterutro tempore id eſt fluxus & refluxus aquam illam uſurpant ad Cereviſiam conficiendam. Secundo

eundò peregrinas qualitates quæ aquæ inſunt non penitus per coctionem evaneſcere, vel per ſubſidentiam deleri ſatis teſtanrur aquæ quibus aliquid incoctum eſt, quæ etſi poſtea per diſtillationem quantumvis levem abſtrahantur, rerum tamen quæ ſemel fuerint incoctæ ſaporem ſeu rudimentum quoddam retinebunt, idem fit in aquis mineralibus, quæ per telluris viſcera ſeu tubos decurrentes rerum quas alluunt facultates combibunt:

ac etiam in aquis à vegetabilibus diſtillatis quarum unaquæque odorem & guſtum proprium retinet, id quod à volàtilibus ſpiritibus provenit qui aquæ ſemel immixti ægrè aut nunquam poſtea poſſunt ſeparari cum ſint ejuſdem ferè naturæ. His adde quod Cerevifiæ illius fæces, ſeu quod dum fervet ſpumoſum exit frequenter uſurpatur ad panem fermentandum, unde maligna qualitas pani poteſt accedere, atque ita me deus amet, ejuſmodi cere-

viſiæ

visiæ potum, & fermenti usum, unam ex causis esse puto cur pestis ab hâc celebri civitate ferè nunquam exulet, & tempestate etiam temperata sævissimè aliquando recrudescat, perspicacioribus oculis hæc subjecta sunto.

His causis operæ pretium mihi videtur otium seu causam ancillantem adjungere, ubi non intelligo totius corporis quietem quæ ut huic morbo ita cæteris omnibus est infensa; sed feriationem ab exertitatione pulmonis

quæ

quæ eſt vociferatio ; ut enim ferrum quiete rubiginem contrahit, corpus pituitam, multam animus torporem.

Et vitium capiunt ni moveantur aquæ. Ita, ni pulmo vociferatione exerceatur fuligines & nidores contrahit, qui non exiguam tabi commodant operam à quibus per exſiccationem, & vociferationem repurgatur, adde quod pulmonis caro ſpongioſa & flaccida exercitatione ſicceſcit, & nativum robur diutius ſervat,

unde

unde paucissimas mulieres rixosas concionatores & musicos videas tabi litare, nisi malueris causam in eorum paulo lautiorem victum, & studium curandæ cutis rejicere.

---

De

---

## *De Præcautione tabis Anglicæ.*

### Cap. 6.

EXpeditis tabis Anglicæ causis & signis, ordo postulat ut antequã curationem suscipiamus, viam & modum aperiamus quibus possit maximè præcaveri; nec cuiquam illud erit admodũ difficile, si quæ de causis diximus memoria recolat, & eas prudentiâ suâ & moderatione antevertat, quas semel

mel admiſſas arduum eſſet ſummovere. Cum autem tabes Anglica ſit duplex, una hæreditaria, altera aſcititia: Nullam hic hæreditariæ tabis præcautionem dare conſilium eſt utpote quæ & in naturâ radices habeat, & vel nobis invitis in primordiali partium noſtrarum conformatione impreſſa ſit: Satis erit eos monuiſſe qui Liberis dant operam, ut ſi tabe hæreditaria prehendantur vivant æque ac ſi aſcititia laborarent, et in gratiam poſteritatis

posteritatis, cum tabidâ fæminâ vel quæ fluorem muliebrem patiatur non coeant. Quod verò ad ascititiã pertinet; licet superfluum doctis videri possit aliquam ejus dare præcautionem, cum cognitis caussis facile sit eas cuivis declinare: nihilominus in Tyronum gratiam, & in rei talis momenti confirmationem superiora velut sub compendium revocabimus, & eandem quam supra in caussis methodum sequemur.

Inprimis sanitatis cupidus,

pidus tabidorum conſortium totis viribus vitando declinare debet ac præcipue lecti ſocietatem, in ſomno enim ſenſus feriantur, unde liberior aditus perniciei patet, nec illud mirum videri debet, certo enim experimento ſcimus quod ſi ſenex cum adoleſcente decumbat, vividiorem oris colorem & vegetiorem corporis motum habebit quam antea, atque ut ita dicam repueraſcet, cum è contra adoleſcens pallidum vultum & torpidum corpus comparabit

parabit ac veluti arefiet. est enim quædam in senis corpore facultas appetens, quæ à naturâ edoctâ præservationi suæ studet & ex adolescentis corpore instar plantarum vel spongiæ vivificum illius humorem exugit: Cum enim omne siccum naturaliter ebibat suum humidum, senis corpus ex succum & exangue ope primarum qualitatum & spirituum emissariorũ beneficio quod sibi deest ex adolescentis corpore evocat et sibi alterius detrimento ascis cit, quam legem

legem in morborum participatioue et contagione eandem servari apprime est rationi consentaneum. Ea causa Davidis servos seu potius medicos 2 *Reg. cap.* 1. *&* 2. impulit ut dũ præ nimiâ ætate non calefieret Adolescentulam quæ ipsum foveret, et in sinu ejus dormiret, conquirerent.

A contagio proxime aer insalubris et tabificus pari studio est devitandus, iis præsertim qui in tabem sunt proclives, et à natalibus rudimentum quoddam illius

illius hauserunt. Sic non paucos observavimus Celeberrimi & doctissimi viri domini de Mayerne Regii meritissimè Archiatri consilio, seu oraculo monitos in australiores plagas ad tempus secessisse, et ab eo periculo liberos evasisse in quod cæteris remediis invitis præcipites agebantur.

Tanti talisque momenti est in morborum productione illa universi Area per quam veluti per cribrum aliorum corporum virtutes & vitia

transfunduntur.

In victu à saccharo & saccharatis omnibus sibi interdicat, nisi fortè rebus austeris & astringentibus immixtum sit, & earum veluti condimentum, ut sunt pira, poma, Cidonia, & cerasa condita, & cætera ejus modi, condimento enim & permixtione acidorum, saccharum nativâ facultate exuitur, & post suam cum ipsis fermentationem, novum quoddam temperamentum induit quod postea in corporis humani admi-

adminiculũ cadit. Ea ratione *Avicenna l. 3. fen. 10. tr. 3. c. 6.* miris laudibus conſervam roſarum effert, ſeque vidiſſe mulierem quendam phtiſicam memorat de qua conclamatum erat, quæ tamen ejus frequenti uſu non ſolum ſana verum etiam pinguis evaſit, ei *Meſuæus* & alii plerique medici aſtipulanrur, eſt enim roſis præſertim rubris inſignis vis abſtergendi, & aſtringendi, quâ de cauſâ *Meſuæus* ibidem monet, ut ſit conſerva tecens quæ

 proinde

proinde plus ſucci contineat, ac proinde vim abſtergendi & aſtringendi majorem; ex quo patet non ratione ſacchari eam ægris auxilium ferre, ſed propriâ ſuâ qualitate quæ in pulmones rectà Sacchari tanquam aptiſſimi vehiculi beneficio deducta, eos abſtergit firmat & aſtringit; unde ſi roſæ ſolæ per ſe mandarentur, viam ſtomachi cæteris alimentis ſiccis communem potius adirent, & tum medici conſilium cum medicamenti facultatem eluderent. Po-

Potus ſit vinum Gallicum rubrum ſubauſterũ, & non adulteratum; ſiccat enim & aſtringit, & cor mirificè exhilarat à quo cum pulmo nutrimẽtum trahat par eſt etiam novis & vivificis ſpiritibus inſtaurari, quorum ope fuligines et nidores protrudat, et in ſuam cuſtodiam veluti excubias agens adverſus externas injurias ſe ſartum tectum tueatur: Neque timendum eſt etiamſi febriculæ cujuſpiam hecticæ rudimentum in ægro appa-

reat, ea enim non in ſanguinis ſeu ſpirituum inflammatione ſita eſt, ſed à pulmonis διαφθορᾷ et putredine pendet quâ ſublatâ febris etiam tolletur. Ubi mirari ſubit eos qui pulmonibus neglectis ſolius febris ſymptomaticæ rationem habent, et in iſto morbi genere lac aſinæ, ranarum uſum, et cæteras nugas tanquam ſola alexipharmaca prædicant, cum potius ſecundum legitimam medendi methodum in cauſâ efficiente prius ſummovendâ toti eſſe deberent:

berent: nec enim dubium est quod licet ad tempus propter vini usum febricula illa invalescere videatur, quin tamen processu temporis sublatâ morbi causâ et arcessitâ putredine sponte suâ evanescat. Vini defectu nobilior Cerevisia est usurpanda, non recens sed antiqua egregiè lupulo condita et defæcata, Recens enim Cerevisia propter defectum fermentationis partibus heterogeneis constat, quarum aquosiores facili negotio sub va-

poris

poris ſpecie cerebrum conſcendunt quæ poſtea rurſus in pulmones diſtillatæ, flaccidum illum reddunt et corruptioni magis obnoxium. Antiqua verò propter homogeneitatē eadem ferè ubiq; eſt; unde ſi qua ejus portio in pulmones incidat, calidos et vivificos ſpiritus etiam ſecum defert qui aquæ qualitatem retundunt, et ipſi ſunt antidoto. Mitto cætera incōmoda quæ cerevifia recens ſecum ſolet invehere, quia et per ſe ſatis ſunt omnibus nota, et

præter

præter hujusce instituti rationem.

Vociferatio etiam seu propria pulmonis exercitatio non est omnino parvipendenda. Quapropter cum modestia prohibeat quenquam in confabulatione & consortio vociferari, & altiore voce uti, cum tamen necessitas exiget non abs re erit quotidie mane et vesperi ante cœnam in privatum aliquem locum secedere ubi amotis testibus, et pudore valedicto, venatorum more se exerceat, et totis vi-

ribus quodcumque libuerit vociferetur, idque cum opus erit usque ad raucedinem; hoc enim exercitii genus supra fidem pulmones à fuliginibus repurgat, eorũ substantiã novi aeris appulsu ventilat, & violento illo motu non modicè exsiccat.

---

## *De curatione tabis Anglicæ.*

### Cap. 7.

ENavigato fragili cymbâ intricatæ hujus disquisitionis pelago, appositum est ut tempestivè nos in portum recipiamus: ubi vereor ne mihi idem accidat, ac iis navibus quæ ab Indiis reduces avidè à mercatoribus expectantur tanquam insignis precii merces asportaturæ, cum tamen sæpe

malis

malis avibus oram ſolverint et ſeu à Pyratis expilatæ, ſeu naufragium paſſæ, nullas vel labefactatas eas merces afferunt, quibus nec nautarum labor nec mercatorum ſumptus poſſint reſarciri. Ita non dubito quin poſt longiuſculam hanc diſceptationem plurimi, (vel etiam in limine libri) de hoc capite ſolliciti fuerint, nec tam affectus naturam quam curationem noviſſe aveant, quorum animum fateor non fuerit explere, utpote qui τῇ ἐμπειρικῇ toti

addicti

addicti, vellent remedia tam cito agere ac usurpantur, ac nil nisi quod statim et manifesto operatur adhiberi, perinde ac si diuturni et pervicaces morbi præsertimque ii qui à partis alicujus nobilis diathesi pendent sola manuũ appositione levarentur; verùm cum intentio nostra maximè sit humano corpori prodesse, et medicinæ quantum in nobis situm erit decus addere, omnem aliam sollicitudinem hic abjicientes ea solummodo quæ et vera

et

et rationi ſunt conſentanea, neglectis ultro *Ariſtar chorum* morſibus hic adducemus. Etſi autē hoc mali genus plerumque ſit immedicabile præſertim cum radices altius egit, attamen remediorum uſu vita protrahi diutius poteſt, et ii quibus vel malum impendet vel recenter contractū eſt facili negotio poſſunt illud declinare. Cæterū Indicationes à duobus tantum ſumuntur à vitioſâ pulmonis diſpoſitione et à præcipiti vitalis ſpiritus efluxu. Indicatio

dicatio autē præcipua à pulmonis pravâ dispositione ut fonte et hujus mali causâ petitur, quâ sublatâ facile fuerit vitalem spiritum instaurare. Prava illa dispositio debet detergentibus, astringentibus et siccantibus corrigi; et vitalis spiritus cardiacis foveri et reparari. Nemo expectet me hic farraginē et sylvam remediorum adducere quibus cæteri libri toti scatēt, ex quibus facile cuivis erit ea conquirere. Ut enim affectus hic satis ignotus fuit, ita

remedia quæ in eo ſummovendo excellant ab authoribus celebrata nulla reperio, quapropter ea ſolum adducam quæ rationi ſunt conſentanea et medendi uſu utilia comprobavi.

Curatio (ſi vires ferant) à purgatione eſt auſpicanda, & ea non quidem valida, cum tabidorum diſpoſitio talem non admittat, ſed quæ thoracem expurgare poſſit, & fluxionem humorum avertere, & parti debili ſiccando prodeſſe; tale medicamentum

tum est Rhabarbarum cum infusione rosarum & sero caprino datum, si curationis decursu alvus aliquando sponte non fluat, lenientibus clysteribus erit irritanda. A purgatione ea vitæ ratio est instituenda quæ nec remediorum varietate & fastidio ægrum ab incœpto cursu deterreat, nec propter sumptuum copiam ab ingressâ viâ pedem referre cogat. Totum curationis arcanum in tribus potissimum consistit: In potione Guaiacinâ, Quinta essen-

ſentia Chelidoniæ, & ſuffumigiis. Guaiacum enim quod etiam non immerito lignum ſanctum vocatur, Craſſa incîdit & attenuat, lenta detergit, partes præhumidas ſiccitate ſuâ aſtrictionis participe exiccat & corroborat, quæ omnia in tabe maximè deſiderantur. Adde præterea qnod in potu ſumptum plus prodeſt quam alia quævis medicamenta quæ manduntur, quia liquidorum (ut diximus) ſemper pars quædam per trachæam arteriam rectâ

it

it ad pulmonem: nec verendum eſt ne Guaiacum continuo uſu intemperiem aliquam viſcerum calidam & ſiccam ſecum advehat, longo enim uſu et experientia poſt *Fernelium* comprobavi, illud non modo ſiccam viſcerum intemperiem non augere, ſed humiditate quâdam quâ pollet humidum primigenium alere & fovere, dummodo cremor ejus fideliter ſit præparatus; adde quod ii ferè omnes qui in tabem Anglicam ſunt proclives, habitu

cor-

corporis ſunt pituitoſo, & non ſolum mollem & tenellam pulmonum ſubſtantiam habent, ſed & hepar & reliqua viſcera pravæ hujus diſpoſitionis quendam habent characterem qui diuturno admirabilis hujus ligni uſu deletur, & obliteratur. Id quod eo magis & audacius aſſeverare audeo, quod duos tabidos lue venerea correptos, eadem operâ & curandi methodo, ab utroque affectu & eodem temporis ſpatio levatos viderim. Sic autem

tem debet præparari.

R. guaiaci Interioris nigri, odoriferi & resinacei lib. ℥ Hissopi concisi m. 1. Glychirrisæ rasæ uncias 2. infunde per noctem in aquæ fontanæ lib. 8. in ampullâ vitreâ longi colli (matratium vocant) cujus media pars vacet. Sequenti die vas diligenter obturatum in calore cinerum vel arenæ per totum diem leniter bulliat, & integram noctem refrigescat, tum limpidum decoctum sine expressione percoletur, in ampullâ vitreâ

treâ & loco frigido asservandum & in pastu et extra pastum cum sitis urgebit usurpandum. Super omnia observandũ est ut vas sit firmiter clausum ne quid expiret, sæpius enim animadverti et expertus sum, decoctiones illas quæ aperto vel negligenter occluso vase fiunt optato fini minimè respondere; balsamici enim spiritus in quibus mixti specifica qualitas delitescit, facile coctura â evanescunt, nec non etiam pars illa mixti pinguis et nutriens haud

ægrè

ægrè recedit, ita ut quod remanet per urinas ſolum operetur, et potius fæx inutilis haberi debeat, quam medicamentum in corporis humani commodum præparatum.

Secundus curationis cardo eſt quinta eſſentia chelidoniæ cujus præparationem et utendi modum antequam deſcribamus operæ pretium eſt hujus herbæ vires et facultates indagare, ne non ſolum τὸ παράδοξον introducere, ſed etiã aliquid quod contrarationẽ pugnet afferre videamur

videamur. Chelidonium seu Chelidonia herba nemini non nota secundùm *Dioscoridem* & *Galenum* temperamento calida maximâ exsiccandi detergendique facultate pollet, adeo ut vetera malignaque ulcera, sinus quoq; & fistulas expurget, detergat tandemque persanet. Præterea regio morbo opitulatur, flatus discutit, periodicas febres fugat, generis omnis scabiem ex melle illita sanat, pravos humores à corpore pellit, ejus aqua oculis instil-

inſtillata viſum acuit, oculorum nubeculas, caligines, albugines, hallucinationes, & ſuffuſiones tollit, faciei maculas et vitia delet, ſpiritibus ſtimulos et calcaria addit, noxia à corde pellit, dyſenteriam ſiſtit, pulmones ab infarctu liberat, et propriâ ſpecificâque qualitate eorum vires tutatur & præſervat, ita ut propter eximias ejus dotes Cœlidonum potius quam Chelidonium (etiam Invito *Matthiolo*) vocari mereatur. Ultimam

hanc ipſius qualitatẽ, ut paucis antea notã ita nos à *Raimundo Lullio libro de quinta eſſentia* expiſcatos eſſe fatemur, quâ ſecundum ipſius methodum ſæpius uſi ſumus nunquam non felici ſucceſſu: & meherculè rationi maximè eſt conſentaneum, ut quamvis hæc herba nullâ propriâ ſpecificâq; qualitate dotaretur, attamen facultatibus & temperamento ab omnibus receptis, debeat ſummopere pulmonibus amicari. Verum ut neminem tam

tam ſciolum aut temera-
rium eſſe puto qui ſpeci-
ficas in rebus qualitates
repudiet, ita auſim *Rai-
mundi Lullii* authoritate
cujus verba ſunt hæc,
Non eſt res in naturâ quæ
tantum in his remediis
poſſit valere, Ratione, &
experientiâ fretus, illud
ſolum eſſe curandæ tabis
Anglicæ arcanum aſſeve-
rare. Ringantur oblatra-
tores & antequam verita-
tem hanc opponant, expe-
rientiam ducem mecum
ſequantur, noverintque
quāplurima hactenus la-

tuiſſe, quorum mirabiles virtutes ſeu potius miracula experientia quotidiana deprehendit & eruit. Nos Reipublicæ utilitati toti addicti, & ratione innixi ſpretis utlrò blateronum latratibus veram & genuinam ejus præparationem dabimus quâ quiſque poſſit ſanitati ſuæ proſpicere.

℞. Vinum album vel rubrum optimum & non adulteratum q. v. pone in amplo Matratio cujus media pars vacet & os fortiter ſit occluſum, et ſepeli

peli in igne fimi seu balnei ad circulandum per octo dies; tum secundum artem distilla in levi balneo usquequo sexta pars totius extracta sit; quod enim in cucurbitâ est reliquum, nil nisi phlegma est inutile, tum accipiatur sexta pars illa distillata et rursus ponatur ad circulandum in igne fimi seu balnei (ore vasis strictè clauso) per quindecim dies, cavendo ne calor deficiat, quia circulatio corrumperetur; tunc videbis quintam essentiam vi-

ni separari à fæcibus in Colore Cæsio seu Cæruleo per diametralem lineam quæ partem Superiorem dividit ab Inferiori; tum per inclinationem suavem & cautam effunde quintam illam essentiam vini, et ad usũ sequentẽ reserva vase optimè clauso.

℞. Chelidoniæ recentis, succulentæ, lotæ, et in mortario marmoreo contusæ, quantum poterit commodè in quintâ essentiâ vini immergi, tum ambo ponantur in ampullâ vitreâ stricti colli, et

æſtate ſoli per diem *inte-*
grum exponantur, vel Hy-
eme ad ignem levem, po-
ſtea liquorem per inclina-
tionem effunde et aſſerva
vaſe clauſo ne aliquid
expiret, aut aliquid extra-
neum ſe introducat. Hæc
eſt quinta eſſentia Cheli-
doniæ cum quintâ eſſen-
tâ vini mixta, cujus vires
in hoc morbo profligando
mirari ſatis nemo poteſt,
debet in frigido loco aſ-
ſervari; Doſis eſt cochlear
unum vel alterum, mane
jejuno ſtomacho, et veſ-
peri horis duabus poſt

cœnam. Ejus usus cor mirificè recreat, pulmones summopere detergit & à putredine vindicat, spiritus vitales instaurat, & specificâ suâ qualitate nobilique formâ tabem omnem profligat. Mirabuntur hic quidam, cur quintam essentiam Chelidoniæ ita paratu facilem faciamus ut nil præter solam immersionem in quintâ essentiâ vini ad hoc requiri videatur: & in hoc ab omnibus ferè Chymistis desciscamus qui per multas ambages et

et operationum flexus, e-
lementa rerum primo se-
parant, tum puriora habi-
ta denuò conjungunt, quã
postea mixtionem quin-
tæ essentiæ nomine indi-
gitant. Verum cum quin-
ta rerum essentia non in
materiali elementorum
portione residea, sed in
eâ quæ spiritibus maximè
abundat, ac veluti ætherea
est, unde etiã quinta essen-
tia (tanquam foret quintũ
elementum) dicitur. Hæc
multiplicibus operatio-
num gyris & repetitio-
nibus evanescit, et nil ni-

ſi terreſtrem elementorum portionem poſt ſe relinquit. Aſt verò ſi totum mixtum cum quinta eſſentia vini miſceatur, hæc propter nobilem formam quam habet, nobiliores actiones edit (cum omnis actio ſit à forma) et id ſolum ſibi adjungit quod ſuæ naturæ familiare eſt et proximum ne dicam Homogeneum, ſicque puriorem, & velut ætheream Chelidoniæ partem ad ſe trahit. Quapropter et ſi poſt amborum mixtionem quinta illa vini eſſentia

sentia, aliquid materiale cum in sapore tum in odore à Chelidonia videtur esse mutuata; attamen illud, partis illius æthereæ vehiculum potius est habendum quam aliqua crassa materiæ elementaris portio, atque hanc quintas essentias vegetabilium conficiendi viam & veriorem, & compendiosiorē *Lullii* authoritate freti audemus asserere. Notandū est autem quod cum præparatio quintæ essentiæ vini sit aliquantulum longa, major ejus quantitas

quantitas simul & semel confici debet, neque Chelidonia ipsi erit immergenda, nisi cum utendi necessitas incidet, nè fortè diutius mixtæ situm contrahant, & præsertim cum Chelidonia sit herba quæ omnibus ferè anni tempestatibus virescat. Vice quintæ essentiæ poterit hoc electuarium substitui licet longè minus efficax.

℞. Radicis Chelidoniæ, Cinnamomi, spicæ, azari, Cassiæ ana unciã 1. Costi Mirrhæ, Squinanthi ana ʒ 1 cum mellis despumati

mati s. q. fiat Electuarium cujus sumat ℨ 2 mane jejuno stomacho cum haustu vini generosi.

Accedit jam suffitus tertium curandæ tabis perfugium, et qui non exiguam in opere peragendo sustinet muneris partem: cum enim nulla compendiosior sit ad pulmonem via quam per aeris inspirationem, atque aer tanti sit hac in re momenti, ut celeberrimi authores memorent quosdam solâ attractione aeris calidi & sicci à pulmonis ulcere li-

liberatos fuiſſe, quis ſuffitus qui ita integrè ad pulmonem penetrant repudiabit? præcipuè cum Hippocates imperet remedia ſemper eſſe διὰ τῶν ξυμφερόντων χορίων uſurpanda. Verùm cum plurima ſuffituum Genera ab authoribus deſcripta ſint unde cuivis ea petere licet, nos ſolum illud apponemus quod & paratu eſt facillimum & in operando efficaciſſimum: id autem nihil aliud eſt quam flores ſulphuris ferro candenti aut ignitis carboni-

bus

bus inſperſæ, quarum fu-
mus per infundibulum in
os excipi poteſt; et per
inſpirationem ad pulmo-
nes tranſmitti. Sulphur
enim Græcis θεῖον id eſt
divinum ob admirabiles
ejus virtutes, non ſolum
occultâ qualitate conta-
gionem arcet et deſtruit,
ſed etiam propriâ ſuâ na-
turâ & temperamento ex-
ſiccat, & omnem putre-
dinem & fracedinem ex-
eſt; quapropter juſſit *Hip-
pocrates* ut domus infectæ
ſulphure ſuffirentur: ſuffi-
tus iſte bis in die debet u-
ſur-

fur pari modo supradicto; mane jejuno stomacho, ut humiditates quæ per noctem in pulmones decubuerint absumantur, & fracedo si qua sit corrigatur; & sero ut pulmo adversus nocturnam distillationem quæ ipsum molliorem & laxiorem reddere solet, muniatur. Horum trium remediorum usus tam diu debet continuari quamdiu aliqua tabis inerit suspicio, quod quia aliquando citius aliquando tardius evenit, pro ægri viribus & affectus

affectus diuturnitate, certus dierum numerus desiniri non potest, aliquando unus, nonnunquam duo menses sufficiunt, aliquãdo etiam in tertium curatio potest prorogari. Certa curationis signa tria sunt, sputũ tenue & spumosum non vero purulentum, respiratio & expectoratio fortis & elata, Corpus ad exercitia & motus impigrum. Toto curationis decursu victus sit euchymus & facilis concocturæ qui in principio vim detergendi, in

fine

fine exſiccandi habeat, offeratur parcè & ſæpius ob debilem calorem naturalem in tabidis. Super omnia aer tabificus eſt devitandus quo inſpirato cætera remedia ferè irrita erunt. Sic *Galeno* teſte *lib. 7. meth. med. c.* 12. Romani medici tabidos ſuos ad Thabios mittere conſueverant qui monticulus eſt inter Surrentum & Neapolin, ubi ob viciniam veſuvii montis flammivomi aer ſiccior eſt & calidior. Quapropter ii qui vel inopiâ facultatum vel aliâ

quâpiam

quâpiam ratione in peregrinam regionem concedere non poſſunt Londino ſaltem curationis tempore valedicere deberent, & in aliquem ſalubriorem locum verſus auſtrum vel aquilonem ſe recipere. Hæc vera eſt & legitima curandæ tabis Anglicæ methodus quæ etſi in multis cum curatione tabis ab vlcere pulmonis congruat, nolim tamen author eſſe ut eadem per omnia in eâ curandâ ſervetur, ſed ut in eo prudentis Medici conſilium adhibeatur.

## *Cur Galli, Hollandi, Hyberni & Scoti non ita frequenter tabe Anglica corripiantur.*

### *Quæstio prima.*

MIrum fortasse videri posset cur ii qui sub eodem cœlo et climate degunt nullam ut plurimum habeant morborum communionē ac si affectuum diversitas à naturâ soli potius quam cœli penderet, experimento enim videmus regiones An-

Angliæ vicinas aliasque sub eodem parallelo et latitudine constitutas eâdē tabis specie destitui. Etsi autem ex iis quæ supra diximus facilè sit cuivis rationem deprehendere, cur Anglia potissimum huic morbo sit obnoxia, attamen non satis perspicuum est qua presertim ratione unaquæque regionum adjacentium pestē hanc effugiat. Quamobrem velim ut mihi liceat quid conjiciam hic afferre. Ac primum quod ad Galliam attinet in propatulo

patulo est, ibi vini usum et aeris temperiem calidam & siccam, ventisque salubribus perflatam, perniciem illam arcere. Hollandi verò etsi aerem crassiorem ducunt; attamen in potu non ita delinquunt ut Angli, etsi enim satis sibi lautè consulant nihilominus tenuis Cerevisia ipsis est abominationi. Hyberni solo lactis usu qui ipsis pro potu et cibo est ab hoc malo se tuentur, lac enim parte butyraceâ optimè nutrit, et sanguinē

laudabilem generat, parte ſeroſâ pulmonem abſtergit, et caſeoſâ aſtringit, quæ omnia ad pulmonis robur conſervandum, non parvi ſunt momenti. De Scotis major eſt difficultas, audivi enim à multis indigenis triginta ſolum abhinc annis ſpeciem illam tabis apud ipſos eſſe introductam, à quo tempore eadem ferè ſævitia ac in Anglia debacchata eſt; cujus rei cauſam aliam ſuſpicari non poſſum, quam ſacchari et dulcium uſum quem ab Anglis

glis paucis abhinc annis quasi per manus traditum acceperunt; id quod mihi in mentem revocat illud *Senecæ* qui postquam conquestus est mulieres et eunuchos suâ tempore podagrâ laborare, cum tamen *Hippocrates in Aphorismis* id fieri neget, hanc causam affert quod par erat ut qui hominum vitiorum et ingluviei participes facti erant, eorum quoque morborum qui intemperantiam consequuntur hæredes instituerentur.

An

## *An aliqua febris tabem Anglicam comitetur nec ne.*

### *Quæstio secunda.*

NE quid intactum relinqueremûs, visum est præterea scrupulum hunc lectori adimere. Hactenus enim, constans fuit, & apud omnes recepta opinio, nullam tabis speciem febre vacare, quod quî possit excusari missum faciemus, illudque solum discutien-

dum; suscipiemus an aliqua febris tabem Anglicam comitetur nec nè, in iis enim tabidis pulsus exilis et satis frequens apparet multaque alia symptomata quæ febrem hecticam mentiuntur. Verum enim verò cum febris essentia sit calor præter naturam accensus circa præcordia, si calorem nullum ibi adesse probaverim febrem pariter abesse assecuturum me fore existimo. Ratio ex signis petetur, nulla sitis urget, nullus acer calor tangenti ap-

apparet, urinæ ſanis ſunt ſimiles, aut potius crudiores, ergo nulla febris adeſt. Objici ſolum poteſt pulſus ſolito frequentior & præſertim à paſtu, verum hæc duo non ſunt perpetua febris ſymptomata : arteriæ enim non ſolum ob calorem præter naturam frequentius pulſant, ſed etiam ob aliam quamcunque cauſam quæ cordi ſolet noxam afferre; dum enim cor à tetris vaporibus & fumis malignis aliunde ſublatis ſe defēdit motus ipſius augetur

qui per arterias facile toti corpori communicatur; idem accidit in palpitatione cordis, et aggrediente Epilepsia, suffocationeq; matricis quas tamē propterea nemo sanus febres dixerit. Quapropter verisimilius est pulsum illum frequentiorem (si quis adsit) pulmonis diaphtoræ ascribi debere è quâ perpetuo μιάσματι exhalant adversus quæ cor insurgens, præservationiq; suæ incumbens, motum suum auget & accelerat. Verum aliquis contendet cor-

corruptionem illam pulmonis calorem præter naturam secum habere qui febris author sit; cui responsum volumus, quod corruptio quævis non à calore præter naturã adventitio fit sed à calore nativo partis debili, eo modo Gangrenã & sphacelum oriri videmus, Calore enim naturali evanescente spiritus vivifici quorum sedes erat, fugam arripiunt, & partem deditioni tradunt. Ita vidimus hominem qui cum post vulnus recenter ac-

cep-

ceptum amnem tranſnataſſet, gangræna ſtatim in ea parte exorta ſatis ceſſit, quamvis enim calor quidam adventitius ſecundum Philoſophos ad corruptionem introducēdam videatur neceſſarius, attamen is debilior eſſe debet quam is qui à naturâ parti inſitus erat, alias inſitum aleret & foveret, & adverſus putredinem tutaretur. Quamobrem cum in pulmonis corruptelâ calor adventitius (ſi quis eſt) minor ſit quam is qui à naturâ

debe-

beret parti insidere, febris nomen (meo judicio) non meretur. Quod autem à pastu more hecticarum videatur invalescere, non eâ certe fit ratione quam affert *Fernelius de febre hectica*; nempe præcordia solidasque partes humore, & alimenti madore perfusas, instar calcis aquâ consperssæ vaporem et calorem acriorem suscitare; alias enim eadem deberet esse ratio in omnibus aliis febribus, cum nullâ à pastu non exacerbetur; Præterea id etiam sanis

accidit ut cuipiam facile erit experiri: ex quo satis luculenter apparet, id non calore febrili esse ascribendum sed naturæ sagacitati, quæ ubi cibus est concoquendus, spiritus omnes & internas facultates quæ prius feriabantur, exsuscitat, & unamquamque ad officium compellit, unde statim à pastu hominem qui prius abjectus, socors et piger erat, videas vegetum et impigrum, cùm tamen intra tam exiguum temporis spatium nihil aut parum

rum

rum à cibo mutuari potuerit, ſed quia ſpiritus qui prius erant concentrati & facultates antea torpidæ ad operandum & cibum concoquendum eriguntur, ſicque vires firmiores motuſque vegetiores animali ſubminiſtrant.

---

*FINIS.*

---

## Index Capitum.




*Cur*

*Cur Galli, Hollandi, Hyberni & Scoti, non ita frequenter tabe Anglica corripiantur. Quæstio prima.*

*An aliqua febris tabem Anglicam comitetur necne? Quæstio secunda.*







## *Erratа præcipua.*

P.1. l.7.*Epist. Num.* pro ἐυχα[…] ειν lege ἐυχαῖςειν. P. 60. l. 1[…] pro Ingen lege Inguen. P. 98.l.[…] pro Experientia coarguit lege E[…] perientiam esse consulendam.

